

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tribulatio al
cum uariis

Ne indignemini si mali in hoc mundo floreant et uos patimini quia non est Christiane religionis in mundo exaltari sed deprimi. Mali nichil habent in celo, uos nichil in hoc mundo, sed spe illius boni ad quod tenditis, quicquid in uia contigerit, gaudere debetis.

Beda et est in glossa super illud Iacobi I: Omne gaudium existimate fratres.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Tribulatio al] Tribulatio am P V¹ V² L¹ L²; mali] mala L²; hoc *om.* P V¹ V² L¹ L²; in *om.* C P V¹ V² L¹ L²; I. *om.* P V¹ V² L¹ L²